

10.

At Concilium Generale non per se solum, sed interveniente auctoritate Summi Pontificis, cum dicatur in Spiritu sancto legitime Congregatum, ut habetur apud Trident. potest definire res fidei. Soto in 4. dist. 20. qu. 1. art. 4. Aragon. 2. 2. 9. 1. art. 10. tract. de Conciliis, § Tertia conclusio, & §. Ad primum argumentum, quod ipse confirmat. §. His positis, ex Concilio Nicano, ubi est statutum, Quod Concilia Provincialia non definiant res fidei, sed tantum Generalia; ergo Concilia Generalia habent potestatem definiendi, & etiam Sanctos canonizandi, ut resolvunt Jacobus Castellanus, d. 9. 3. art. 5. a principio, ubi d. Contelior. a num. 10. Angel. Roch. D. Tract. cap. 4. § Quod ad solum.

QUÆSTIO III.

Ex quibus desumantur probationes ad canonizationem?

SUMMARIUM.

- 11 Ad canonizationem, & beatificationem requiruntur non virtutes communes, sed supereminentes.
12 In personis Religiosis requiritur exacta observantia regula, ac preceptorum Religionis.
13 Unde desumantur signa sanctitatis ad canonizationem, ac beatificationem.
14 Hæc signa ad canonizationem, debent esse manifesta vite sanctitatis, multa enim sunt arte demonis, & n. 15.

Aristot. D. Thom. D. Bonav. Gerlon. Piccolom. Scacchus.

12.

Specialiter tamen pro canonizatione, seu beatificatione alicujus personæ regularis, seu religiosæ, præter miracula, virtutes etiam in gradu heroico, requiritur quoque exactissima, ac diligentissima observantia, & custodia illorum omnium, quæ ad statum religiosum pertinent, tam votorum regulæ, quàm præceptorum, statutorum, & constitutionum sui Ordinis. Primò, quia qui ab Ecclesia canonizantur, ac beatificantur, proponuntur fidelibus, ut norma, ac exemplar virtutum, ad sequendum, ac imitandum. Molfes. tom. 2. Additionum ad quæstiones usuales, conf. 46. n. 5. & 6. ex multis Patribus, & Doctoribus. Secundò, quia excellentia heroica virtutum, pro illis requisita stare non potest sine illa rigorosa observantia suæ regulæ. Tertio, quia ita habet stylus Summorum Pontificum, in Bullis canonizationis ex Innocentio I V. pro S. Petro Martyre. Eugenio VI. pro S. Nicolao Tolentino Sixto V. pro S. Didaco, Clem. V I I I. pro S. Hiacinto, &

Molfes.

Raymundo, ut refert citatus Fortunatus sect. 6. Fortunat. cap. 3. & maximè c. 4. non tamen requiruntur in illis ea opera, quæ ad eos non pertinent, ut peregrinatio respectu Monialium, largitio eleemosynarum respectu pauperum.

Præter eas virtutes requiritur vel illustre Martyrium, vel aperta, & evidenti miracula aliena ab omni concursu causarum naturalium. Deinde etiam & primò, odor suavis è corpore defuncti emanans, Rota in relatione S. Paschalis Bailon, & in relatione S. Isidori Matritensis; & in relatione S. Theresiæ. Graffius lib. 5. consil. de sentent. excommunic. consil. 17. Contelior. supra, num. 29. Secundò, Liquor odoriferus manans è corpore servi Dei. Rota in relatione S. Paschal. & in relatione S. Andree Cursini. Et constat ex eo liquore manante è corpore S. Nicolai Barenis, Contelior. supra, num. 20. Tertio, conversatio in vita cum Angelis. Rota in relatione S. Raymundi, & in relatione S. Francisce, & in relatione S. Isidori. Contelior. supra, num. 21. Quarto, splendor, seu fulgor in facie relucens dum viveret. Rota in relatione S. Ignatii, in relatione B. Bertrandi. Contelior. supra, n. 22. Quintò, & multò magis, si id contingat post mortem. Rota in relatione S. Bertrandi, Graffius, & Contelior. supra, Sextò. Harmonia cœlestis audita in loco, ubi defuncti corpus post mortem adservatur. Rota in dicta relatione B. Bertrandi Contelior. num. 25. Septimò. Extasis raptus, seu elevatio à terra, S. Thom. 2. D. Thom. 1. quæst. 175. art. 1. & 5. Rota in relatione S. Xaverii Contelior. nu. 27. Octavo. Prophetia. S. Thomas 2. 2. 9. 172. art. 4. August. Triumph. de potestate Eccles. 9. 15. art. 5. Rota in relatione S. Paschalis. Nonò, habere revelationes divinas, S. Thom. 2. 2. 9. 172. art. 6. Tolstus in Matth. cap. 23. 9. 244. Antiochus Brondus in Apoc. disp. 2. 9. 1. Decimò, quod irrationalia obediunt servis Dei contra naturalem inclinationem, ut si aves, pisces, arbores, flumina, & alia hujusmodi aliquid agant, vel patiantur supra eorum naturas. Rota in relatione sancti Raymundi, Panvinus in relatione S. Bonaventuræ.

Undecimò, ebullitio sanguinis, vel fluxus illius longo tempore post mortem, vel quod corpus sit ita flexibile, ut possit in quamcumque partem verti: unguium, & capillorum continua augmentatio. Rota in relatione S. Xaverii. Contelior. supra, num. 35. 36. & 37. Et ita refertur de S. Januario, cujus sanguis ebullit sæpius Neapoli. Hæc omnia, & similia sunt signa sanctitatis, eo quod cum sint supra naturam, debent ascribi miraculo juxta Rotam in relationibus S. Francisce, S. Caroli, S. Andree Cursini, ac Magdalene de Pazzi. ex doctrina S. Thomæ; & aliorum Theologorum in cap. 1. verb. Sedis Apostolicæ, de Reliq. & venerat. Sanct. in 6.

Hæc signa non sunt semper infallibilia, nisi quando sunt admiculata, & ex circumstantiis manifestativa sanctitatis, virtutum, ac eximie probitatis, eo quod ferè similia contingere possint per illusionem, aut arte demonis per malos, cap. Teneamus, 1. quæst. 1. & cap. Prophetarum, 2. quæst. 7. §. Item Balaam.

QUÆST.

QUÆSTIO IV.

An possit dari canonizatio alicujus absque miraculis, & agitur de Sanctis Martyribus?

SUMMARIUM.

- 15 Papa de potentia absoluta potest canonizare absque miraculis.
16 Pro Sanctis Martyribus non requiruntur miracula.
17 Non poena, sed causa facit Martyrem.
18 Modus, seu causa patiendi distingeret in investiganda.
19 Multi per unum virtutis actum facti sunt Sancti.

Dixi superiori quæst. communiter ad canonizationem, ac beatificationem requiri miracula; tamen absolute, & de potentia veluti absoluta Papæ, potest canonizari aliquis ex sola sanctitate vitæ, & finali perseverantia bene cognita; sic enim colligitur ex Leone X. in canonizatione S. Brunonis, ut refert Surius in vita ipsius. Et Sixti IV. in Bulla canonizationis sancti Bonaventuræ, Augustin. Triumph. de potestate Eccles. 9. 15. art. 2. Contelior. de canonizat. Sanct. cap. 19. Baldellus tom. 2. lib. 3. disp. 13. num. 2. Molfesius tom. 2. Additiones ad quæstiones usuales, consil. 46. num. 85.

Triumph. Contelior. Baldellus. Molfes.

16.

Triumph. Rocca. Baldellus.

Flavius: Carena.

17.

D. August.

Triumph. Rocca. Cherubin. Carena. Lezana.

18.

Mascard.

Pro Sanctis Martyribus non est necessaria miraculorum comprobatio, ut tenent Augustin. Triumph. citat. quæst. 16. artic. 3. Angelus Rocca de canonizat. Sanct. cap. 35. Baldellus supra, disput. 14. num. 4. & 14. afferens decisionem Rotæ, stylum Curie in pluribus canonizationibus, & plura alia fundamenta. Flavius Cherubinus in Compendio Bullarum, schol. 2. ad Constit. 4. Alexand. III. & schol. 1. ad Constit. 11. Innocentii IV. & Carena in tract. de Officio Sanctæ Inquisitionis, part. 2. tract. 17. §. 12. n. 42.

Requiruntur tamen probatio causæ propter quam passi sunt, nempe pro defensione, ac confessione fidei Catholicæ, ac defensione alicujus virtutis, ut in odium fidei, ac virtutis occisi sint, quia causa non poena facit Martyrem, ut ait D. Augustin. epist. 61. & 166. Legitima, & vera causa debet esse defensio, seu confessio fidei Christianæ, prout regulariter contingit, vel etiam eorum, quæ fidei annektuntur. Siquidem D. Joannes Baptista pro Martyre habetur, eo quod occisus fuerit ab Herode ob reprehensionem adulterii. Ita August. Triumph. Rocca, Cherubinus, Carena relati cum Lezana consil. 1. n. 16.

Modus autem, seu causa patiendi diligenter est investiganda prout asserunt iidem Triumphus, Rocca, & Cherubinus, & maxime Mascardus de probationibus, volum. 1. conclusio 261. numer. 10. ubi sic ait: Non est respiciendum ad supplicii genus, vel tormentorum asperitatem, nisi causa propter quam quis Sylveira Opuscula.

patitur, à Sancta Romana Ecclesia approbata, & confirmata sit. Quot enim hæc nostris infelicissimis, ac deplorandis temporibus vidimus qui blanditiis, falsisque hæreticorum doctrinis in fraudem pellecti, & seducti laqueisque diabolicis irretiti, quodvis etiam crudelissimum genus mortis perpeti non dubitarunt, quam vel lacum quidem unguem à perversa sua hæretica labe discedere. Quod etiam probat exemplis Georgii Cella, Novariensis, & cujusdam alterius Anglici, & aliorum Hæreticorum (etiam fœminarum) qui pertinaciter vitam pro sua secta exposuerunt. Si verò causa Martyrii non constat sufficienter tunc videntur necessaria miracula, ut probat Baldellus d. disp. 14. n. 15.

Baldellus. Lezana.

Ad calcem hujus quæstionis nota cum Lezana citato num. 178. quod ea, quæ diximus, de necessitate omnium virtutum, ac perseverantia in illis, intelliguntur quoad illos, qui post suam conversionem habuerunt tempus operandi; nam certum est, multos ob unum actum perfectissimæ charitatis in hora mortis fuisse canonizatos, ut de Bono Latrone, Sancto Maximo, & Janitore 40. Coronarum, & alii, qui eodem tempore fuerunt conversi ad fidem Christianam, & passi Martyrium, ut legimus in Martyrologio.

QUÆSTIO V.

Qui cultus deferendus sit Sanctis canonizatis, ac beatificatis?

SUMMARIUM.

- 20 De cultu Sancti canonizati, ac beatificati.
21 Ex vi Bullæ canonizationis, non potest recitari officium de ipso sine novo decreto.
22 Decretum Congregationis de ipsa canonizatione.
23 Solus Papa potest extollere unum Sanctum præ aliis.

Cultus pertinens ad Sanctos beatificatos, de eo jam dixi supra, Resol. 16. quæst. 6. 7. & 8. Nunc de canonizato agendum est, qui erecto Altari, Capella, Templo in ejus nomine in toto orbe terrarum, maximè venerandus est, omni festivitate, & cultu celebrandus, de quo etiam quolibet die possit Missa votiva celebrari, ut de aliis Sanctis.

Tamen de ipso Sancto canonizato non potest Officium cum Missa celebrari sine novo Decreto Sacræ Congregationis distincto à Bulla, seu Decreto canonizationis, ut tenent Barbosa de Officio Parochi cap. 10. numero 21. Gavantus in Thesuro, tom. 2. cap. 2. numero 30. afferentes Decretum ejusdem Sacræ Congregationis sub die 9. Decembris 1628.

Et quamvis in Bulla canonizationis concedi soleat generaliter facultas celebrandi Officium eorum quolibet anno in die obitus ipsorum prout in instrumento canonizationis Sancti Andree Cursini expressis verbis ait Urbanus VIII. anno 1629. & eodem modo

Barbosa. Gavantus.

22.

Y 3 Clemens



Decretum canonis

Clemens IX. In Bulla canonizationis S. Marie Magdalene de Pazzi: Ad honorem Sancte, & individue Trinitatis, & exaltationem fidei Catholice, & Christiane Religionis augmentum, auctoritate ejusdem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra, de Fratrum nostrorum consilio decernimus, ac definimus, bona memoria Mariam Magdalenam de Pazzi Florentinam, Ordinis Carmelitarum Sanctum esse, ac Sanctarum Catalogo adscribendam, ipsamque Catalogo hujusmodi adscribimus. Nota sequentia verba: Stantes ut ab universali Ecclesia, anno quolibet in die obitus dicte Magdalene, Festum, & Officium ipsius sicut de una Virgine, non Martyre, devotè, & solemniter celebretur.

Et ratio hujus rei est, quia quamvis ex vi Decreti, seu Bullae canonizationis, concedatur generaliter, Festum, & Officium celebrandum Sancti canonizati, non tamen praescribitur ritus, quo celebrari debeat, an scilicet sub duplici, vel semiduplici, &c. nec id exprimitur in Rubrica Breviarii; & propterea necessarium est, novum Papae Decretum de tali ritu, quia juxta cap. Gloriosus Deus, de Relig. & venerat. Sanctorum, solus Papa potest unum Sanctum praeter alios extollere, ac proinde ipse solus facere Decretum de tali ritu, duplici, vel semiduplici, Cantilioris de canonizat. Sanctor. cap. 1. num. 22. Gavantus Commentar. in Rubric. Breviarii Rom. sect. 2. cap. 2. num. 30. & refert Decretum S. Congregat. Rituum, de ipso ritu interrogat. Et ita, ut testatur Lezana consult. 2. num. 7. praxi receptum est in tota Ecclesia, cum constet non fieri generaliter ab omnibus officia de Sanctis omnibus canonizatis, sed tantum de aliquibus.

QUESTIO VI.

An de Sanctis, nec Canonizatis, nec beatificatis speciali Bulla, sed longa consuetudine veneratis faciendum sit Officium?

SUMMARIUM.

- 24 Status questionis.
25 Celebrandi Sancti ex antiqua consuetudine.
26 Consuetudo habet vim legis.
27 Quod comprobatur ex Decreto Congregat. Urbani VIII. ac ex Rubrica Breviarii, & num. 28.

28. Questio est. Sunt multi Sancti, nec canonizati, nec beatificati, de quibus tamen ex longa consuetudine Religionum, vel locorum fieri solet Officium, an talis consuetudo retinenda sit.

Affirmativè respondendum est, ut docent Fr. Thomas de Jesu in Regulam Carmelit. part. 3. cap. 7. dub. 3. Rodriguez tom. 2. questionum Regularium, quest. 69. artic. 5. referuntque pro hac sententia Vasquez, Salzedum, alioque gravissimos Doctores Complutenses; in eadem sententia est Hieronymus Rodri-

quez in Compendio Resolut. 65. num. 10. Bordenius Resol. 30. num. 36. Anclius tract. de Honoris Canon. cap. 6. dub. 3. num. 11. Molfesius tom. 2. in Additionibus ad quaestiones usuales, consil. 45. num. 75. & sequenti, referens resolutiones Clementis VIII & Paul. V. circa tales consuetudines colendi Sanctos non canonizatos, ut etiam refert Lezana consult. 2. num. 10.

26. Probatur primò, ex vi, ac natura consuetudinis, quae aequipollet legi, ac veritati l. 1. ff. de servit. & aqua. Baldus consil. 28. in principio, lib. 4. Cardinalis Tusch. consil. 806. num. 17. Quod autem habeat vim legis satis commune, ac vulgare est, l. de quibus, ff. de leg. §. ex non scripto insit. de jure natur. & Gentium, cap. final. de consuetud. Guido singul. 83. Belletus disquis. Cleric. part. 1. tit. de favore Clericor. §. 3. num. 10.

27. Probatur ex Decreto Sacrae Congregationis, quod referunt Sellius in Selectis Canon. cap. 33. num. 18. & Barbosa in Collectan. Bullarii, verb. Officium divinum 1. & in Apostol. dec. Collectan. Collectan. 532. num. 11. ubi in una Vicensi 21. Junii 1605. sic ait eadem Sacra Congregatio Officium pro Sanctis etiam non canonizatis potest recitari de communi, ubi viget consuetudo immemorialis recitandi. Et confirmat Urban. VIII. In Congregatione universali Sancti. Inquisitionis, per quam prohibet exhiberi venerationem, & cultum hominibus cum sanctitatis, vel Martyrii fama defunctis, & expressè declarans, subdit: Quod per supra scripta praescribitur in aliquo non vult, neque intendit, ut, qui aut per communem Ecclesie consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolica, vel Ordinarii coluntur. Ecce quomodo de Sanctis, qui nec canonizati, nec beatificati sunt, conceditur fieri Officium, si ex antiquo, & longo tempore coluntur.

Et etiam amplius confirmatur ex Breviario Romano: nam Rubrica. 1. de Officio duplici dicitur, Officium sit duplex, & sic dicitur, & in Festis Sanctorum, qui apud quaedam Ecclesias, vel Religiones, vel Congregationes consueverunt solemniter celebrari, cum Officiis propriis à Sede Apostolica approbatis, aut ex ejusdem Sedis auctoritate receptis, vel recipiendis (servata tamen forma hujus Breviarii) alioquin de communi, est praedicta festa in hoc Calendario non sunt scripta. Ex quo aperte constat, quod ipsummet Breviarium approbat consuetudinem faciendi Officium (etiam sub solemnitate duplici) de Sanctis, qui apud Religiones consueverunt solemniter celebrari: quales sunt multi Sancti ipsarum Religionum, ut observant Thomas de Jesu, Rodriguez cum aliis supra citatis Jesu, & hoc etiam aperte supponit Gregorius XIII. Rodrig. in Bulla, quae praemittitur in Martyrologio Romano.

RESOLU

Decorative floral ornament

RESOLUTIO XXII.

Clausura Monialium.

QUESTIO PRIMA.

An Monialis possit exire à Monasterio absque morbo contagioso, sed tantum qui mortalis judicatur, nisi exeat ad salutis remedium?

SUMMARIUM.

- 1 Status questionis.
2 Bulla Pii V. & quod epidemia significet omnem morbum periculosum.
3 Prima sententia tenet non posse egredi nisi in casibus expressis in bulla.
4 Secunda affirmativa in casibus ex identitate rationis.
5 Pro hac sententia Cardinalium declaratio.
6 Probatur ex natura legis.
7 Probatur ex Cavibus.
8 Ex narratio legis colligitur mens legislatoris.
9 Clausula taxativa non excludit similes casus.
10 Pius V. in sua constitutione non loquitur de re communi.
11 Datur exitus à monasterio in causa particulari incendiis, vel hostis adventus.
12 Si medici distent, Monialis potest exire.
13 Ad quem spectat dare licentiam, est Episcopus noster, vel fuerit capitulum sede vacante.



Uo inquit praesens questio, an in tali casu, quando urget gravis morbus, & mortalis, & nullum aliud existat remedium, an licitum sit Moniali à monasterio exire v.g. ad balnea.

Secundo, à quo talis licentia sit concedenda.

Difficultas hujus rei non provenit ex cap. Periculoso de statu Regularium, in 6. nec ex Concilio Trident. sess. 26. cap. 5. de Regularibus. Ubi prohibentur egressus monialium à conventu. Sed tota difficultas provenit ex constituto. Pii V. data anno 1569. quae incipit: Decoris, & honestati, refertur apud Laërtium tom. 2. Bulla 8. ipsius Pii V. Ubi rigore prohibet egressum monialium à conventu, & exprimit casus, in quibus hoc tantum eis licitum erit, quod nunquam hoc eis liceat: Aliave causa, & praetextu, nisi ex causa magni incendiis, vel infirmitatis lepro, aut epidemiae. Per epidemiam non solum intelligitur pestis, sed quilibet nocivus, & contagiosus morbus communicati. Ita Sanchez in Decalogum, lib. 6. cap. 25. n. 35. Villalobos in summa. 1. part. tract. 35. difficult. 45. n. 2. Hier. Rodrig. in compend. quest. Resol. 98. num. 19. Sella in selectis Canon. c. 15. numero 4. Ubi refert factam Congregationem

Sancti Villalobos Hieron. Rodrig. Sella

Episcoporum ita rescriptis Hispaniarum Nuncio die 8. Novembr. 1594. Hoc posito.

Prima sententia affirmat Moniales non posse egredi à monasterio nisi in casibus exceptis in dicto motu proprio Pii V. & quod non possit fieri extensio ad casus similes, vel urgentiores, ita tenent compendium Mendicant. verb. clausura Monial. num. 5. vers. queritur, utrum minister generalis. Tuschus de visit. lib. 2. c. 18. num. 17. Bullon in econom. Canon. class. 3. Bulloni. cap. 4. n. 10. Gutierrez lib. 1. Canon. cap. 14. Cencd. ad sextum collect. 31. num. 2. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Moniales §. 16. vers. 2. part. 2. eodem verb. in fine Riccius in praxi rerum fore Ecclesiasticis decisi. 545. num. 10. Alias resolut. 341. in 2. edict. Miranda de sacris Monialibus quest. 3. art. 4. Campan. Rubric. 12. cap. 16. n. 22. His non obstantibus.

Dico tamen, quod quamvis morbus non sit contagiosus, sed talis ex sua conditione periculosus, quod si Monialis non egrediatur è monasterio ad se curandum, verbi gratia ad quaedam balnea, morietur, & maxime peribit, in hoc casu licite potest exire è monasterio, licetque licentia ei concedenda est. Hanc sententiam constanter tenent Navarr. de Regul. commen. 4. num. 49. & 50. Suar. satis late tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 9. num. 7. & 9. Azor. tom. 1. instit. lib. 1. cap. 8. quest. 1. Llamas Method curati, in appendice §. 10. Graff. 1. part. decision. lib. 4. cap. 23. num. 17. Scorbus in annotat. ad compend. mendicant. verb. ingressus monaster. monial. n. 6. Zenus in praxi tom. 1. resol. 39. num. 3. Fr. Joannes à Cruce lib. 1. cap. 3. dub. 4. §. secunda conclusio Sanchez citato lib. 6. cap. 15. num. 37. Barbosa de potest. Episcopi allegat. 102 à num. 16. Bonacina tract. de clausura quest. 1. punct. 9. num. 6. Lezana tom. 1. cap. 25. num. 20. Gavantus in manuali Episcop. verb. Monial. clausura n. 7. Diana tom. primo, part. 3. tract. 2. de regularib. resol.

Probatur primò ex quadam Cardinalium declaratione, quam adducit Suar. citat. n. 11. ad finem sic habet: Caranda valeudinis causa, ad balnea monialia exire posse sedes Apostolica concessit, dum tamen eat cum honesto comitatu personarum, quem ordinarius danduna censuerit; atque tam eundo, quam redeundo, nullum ad locum extra viam rectam divertat, neque diutius maneat, apud ipsa balnea, quam ad curandam infirmitatem necesse fuerit. Quae declaratio siue fuerit generalis, siue pro aliqua particulari maxime comprobatur nostram resolutionem.

Probatur 2. Nulla lex positiva, dummodo non interveniat auctoritas fidei nostrae, aut Religionis Catholicae, vel evidens necessitas boni communis, obligat cum proprio vitæ dispendio, qui ut ait D. Isidorus lib. 5. ethymologiar. cap. 20. & 21. communitet receptis à Theologis, ac Jurisperitis: De natura legis est ut sit de re moraliter possibili & non super humanas vires, ergo cum nulla res ex praepositis interveniat in praesenti, non potest lex obligare ad valde arduum & difficile, ad dispendium nempe propriae vitæ.

Probatur 3. Quia Carthusiani habent votum nunquam comedendi carnes; & tamen hoc eis licitum est, quando nullum aliud est alimentum nec aliud remedium ob propriae vitæ

Compend. Tuschus. Bulloni. Gutierrez. Zerola. Riccius.

Navarr. Suar.

Azor. Llamas. Graff. Scorbus.

Zeno. Joan à Cruce. Sanchez. Barbosa. Bonacina. Lezana.

Cardinal. declaratio. Suar.

D. Isidor.